UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Genealogia Illvstrissimæ Domvs Dvcvm Brvnsvic. Et Lvnaebvrg. Continva Patrvm Serie, Svpra Septintos annos, è regio Longobardorum sanguine, repetita

Krüger, Pankraz

[S.l.], 1577

VD16 K 2458

Gens Longobarda Pannoniae Et Italiæ victrix, ad annum Christi 568

urn:nbn:de:hbz:466:1-34834

Visual Library

GENS LONGOBAR-
DA PANNONIAE ET ITA-
liæ victrix, ad annum
Chriſti 568.

SI genus è patrum ſpectetur origine Iuli,
    Id Longobarda nobilitate ſatum eſt.
Gens ea noſtra fuit, cum ſedes liquit ad Albim,
    Pannonicos valido Marte ſubegit agros.
Inde Gothis cæſis, Ticinoq; potita Padoq;,
    Italiæ Reges per duo ſecla dedit.
Tunc atavi viguere tui, tunc ſceptra tuliſſe
    Credo aliquem, quanquam fama negata viris.

DVCES LONGOBAR-
DORVM à CAROLO MAGNO
conſervati ſublato Rege.
A.C. 773.

NEc ſtirps interijt, cum Francæ gloria gentis
    Carolus, Oenotrias victor adeptus opes,
Et Deſiderio raptum diadema tyranno,
    Impoſuit capiti Marte favente ſuo.
Scilicet & populum ſedes habitare priores
    Iuſſerat, & populi frena tenere Duces.
Quos inter generis de patribus extitit Heros
    Summus: at hunc etiam nox tenebroſa premit.

ADEL-